realiter statuere ab eaque vel Successoribus illius et praemissa exequatur efficere sub vadio simili et speciali Mille Florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem Generosum Ludovicum Przyplewski eiusque Successores suprascripto Generoso Valentino Gadomski eiusque Posteris ob non statuitionem suprascriptae Generosae Consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad solvendam succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadijs modo praemisso ad solvendum succumbendis ac pro aliqua principali et praemissis non completa complendisque praemissis stante eadem Pars una praemissa non tenens aut eius Successores ad Instantiam Partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Litationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere Respondere vadia praestita luere Inscriptioni Iuri satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seque et suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem Termini semper peremptorios vera infirmitate pro Ratione servitij Reipublicae legatione extra vel intra Regnum servitio militari ad Munimenta ad Exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos Terminos officij praefati Castrensis Premisliensis Dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosequutiones faciendo et praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Vadalijs Iuris praescriptione Decreti Sollicitationes et alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non evadendo nec quovis alio modo subterfugiendo Hac sua praesenti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Dembinski et Ulinski Intercisam seu certum Scriptum Roborant::

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Gabriel Dembinski ab una et Joannes de Ulina Ulinski ab altera partibus praesentium Generosis Ulinski suo et Generosae Catharinae de Bobola Consortis suae nominibus pro quibus ratihabitione cavet ac se praesentibus onus ... nominibus et corporibus exemptis a Bonis Districtibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Ipsi ipsi se ac suos Successores eaque super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis sibi mutuo et vicissim una Pars alteri ac Pars utriusque Partis In-

scribunt

scribunt et obligant praesentibus Certum Scriptum manuale inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto contentarum de Data illius ... Premisliae Feria Tertia post Dominicam Quadragesimalem Invocavit proxime praeterita Anno praesenti conscriptum manibus proprijs Recognoscentium ab utrinque subscriptum et sigillis Monumentatis obsignatum vadioque sex Millium Florenorum polonicalium firmatum In omnibus et singulis Scripti eiusdem manualis conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque Scripto manuali et omnibus illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Scriptumque praedictum ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praefatum Scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idque sub vadio Sex Millium Florenorum polonicalium per partem partis ... utriusque Partis ob non completionem Contentorum Scripti praefati manualis in omnibus et singulis tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Insuper memoratus Ingenuus Generosus Joannes de Ulina Ulinski se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis suprascripto Generoso Gabrieli Dembinski eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus praefatam Generosam Catharinam de Bobola Consortem suam ... vel in eventum mortis Successores ipsius cum assistentia sui Recognoscentis et duorum Amicorum illius de linea paterna proximiorum consanguineorum ad consentiendum per eam super Inscriptionem praesentem Roborationem vel similem suo pro Interesse faciendam de summis ipsius Reformationis et Advitalicialis ac alio quovis ... Recognoscente habito ... Regni ... perpetuitatis in se habentia ... decursu duodecim Septimanarum ... realiter statuere ab eaque vel Successoribus illius et praemissa exequatur efficere sub vadio simili et speciali sex Millium Florenorum polonicalium per eundem Ingenuum Generosum Joannem Ulinski eiusque Successores praedicto Generoso Gabrieli Dembinski eiusque Posteris ob non statuitionem suprascriptae Generosae Consortis suae pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem vadio vel vadijs modo praemisso ad solvendum succumbendis ac pro re aliqua principali et praemissis non completa complendisque praemissis stante eadem pars una praemissa non tenens aut eius Successores ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense eiusdem recessu suprascripto quo ad Respondendum spectat mediante semper in primo Litationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere Respondere vadia praestita luere Inscriptioni Iuri satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes con-

sequentes eiusdem causae Terminos semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum legatione extra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Eiusdem vel alijs quibuscumque Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem vltra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Praemisliensis Dillatione non sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac eorum prosequentes faciendo ac praemissa omnia poenis Simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fatalijs Juris praescriptione Terrestri bello conventione neque et alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo Hac sua praesenti Inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Dembinski Ulinskiey Recognitionem Roborat:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Gnosus Gabriel Alexander Dembinski sanus mente et corpore exempto a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quo ad Actum Juncti attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos Successores de et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibuscumque Habitis et Habendis Gnosae Catherinae de Potolo Consorti Gnosi Joannis de Ulyna Ulynski eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus Recognitionem Certam manualem manu sui Recognoscentis propria subscriptam et sigillo communitam vadiosque Duorum Millium Florenorum polonicalium firmatae de Anno et data illius Sui Praemisliae Feria quarta post Dominicam Invocavit Quadragesimalem proxime praeterita proxima Anno praesenti ratione Certarum rerum et Conditionum ibidem expressarum conscriptam per se ro Signatam in rem et manus praefatae Gnosae Catherinae de Potolo datam Juxta omnibus et singulis Recognitionis praedictae Conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque Recognitioni et omnibus illius contentis tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Regnorum praedictarum ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praefatam Recognitionem vicissim in toto referendo. Sub vadio Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Recognoscentem Gnosum

Gabrielem

Gabrielem Alexandrum Dembinski sive ipsius Successores praedictae Gnosae Catherinae de Potolo eiusque Posteris ob non completionem contentorum Recognitionis praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto totius quaesitis fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso non solvendum succumbendo ac re aliqua principali ex praemissis non complexa complendisque praemissis Etatis exempto memoratus Dominus Gnosus Gabriel Alexander Dembinski sive ipsius Successores Ad Instantiam supra scriptae Gnosae Catherinae de Potolo Consortis supra scripti Gnosi Joannis de Ulyna Ulynski aut ipsius Posterorum Ad Officium praefati Castrensis Capitaneale Praemisliense in tunc ipsa supra scripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Etatis Termino tanquam peremptorio stare Juri parere Respondere vadium praetendere lucere Inscriptioni Sui satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro Maiori Minorennitate Successorum legatione extra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Quietationem vel alijs quibuscumque Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad Quietationem vltra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Praemisliensis Dillatione non sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac eorum prosequentes faciendo ac praemissa omnia poenis Simplicibus vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus Fatalijs Juris praescriptione Terrestri bello conventione neque et alijs omnibus Juris remedijs et defensis non evadendo nec quovis modo subterfugiendo Hac sua praesenti personali Regnorum ad praemissa omnia mediante.

Giebultonski Zuronskiemu Genetur sub danda Introne:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Gnosus Nicolaus Giebultowski Filius olim Gnosi Joannis Giebultowski sanus mente et corpore exempto a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibuscumque proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemisliensi quo ad Actum Juncti attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosus Andreas Zuronski et ipsius Ultimus Successoribus Summam Millium Quadringentorum et quinquaginta Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri Regno currentis Florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus